

uino pducendo. Nonne posset vobis fieri: si quis vos militaris inuaret: et ad mensam sine mensura bibere cogeret: Liceat nobis hoc facere in simone diuino: vt inebriemini et satiemini: quemadmodum et dominus pluuia sua tempore dignatus est terram irrigare: vt cum maiore gaudio nos non sineret ire ad locum martyrum: sicut besterno die promiseramus. Illi enim martyres sine labore hic sunt nobiscum.

**Explicit Tractatus de ps. CXX.**  
**Incipit Tractatus de ps. CXXI.**

**S**icut amor uniuersum inflammat aiaz: et ad terrena concupiscenda et putura sectanda vocat putura: et in uia precipitat: atque in profunda dimergit: sic amor sanctus ad supna eleuat et ad eterna inflammat: et ad ea que non transeunt neque moriuntur: excitat animam: et de profundo inferni leuat ad celum. Dabit tamen omnis amor uinum suum: nec potest vacare amor in anima amatis: necesse est vt ducat. Sed vis nosse quibus amor sit: Vide de quo ducat. Non ergo monemus vt nihil ametis: sed monemus ne mundum ametis: vt eum qui fecit mundum libere ametis. Obligata enim anima amore terreno: quasi viscum habet in pennis: volare non potest: munda uero ab affectibus sordidissimis seculi: tamquam extensis pennis et duabus alis resolutis ab omni impedimento: id est duobus preceptis dilectionis dei et proximi volat. Quomodo nisi ad deum ascendens volando: qui ascendit amando: Quod antequam possit gemit in terra: si iam inest ei uolandi desiderium: et dicit: Quis dabit mihi pennas sicut colube: et uolabo et requiescabo: Quo autem uolauit: nisi de medijs scandalis: ubi gemebat etiam iste cuius hec vox est quam commemorauit. De medijs ergo scandalis a commixtione maiorum hominum a palea quibus grana commixta sunt uolare uult: ubi non potest commixtionem et societatem iniqui alicuius: sed uiuat in sancta societate angelorum ciuium in eterna hierusalim. Ideo psalmus iste: quem hodie suscepimus tractandum sanctitati vestre: ipsam hierusalim desiderat: id est iste qui ascendit in hoc psalmo. Est enim. **Canticum Graduum.** Quod sepe diximus caritati vestre: quia non sunt gradus isti descendenti: sed ascendenti. Ascendere ergo uult iste: Et qui uult ascendere: nisi ad celum: Quid est in celo: Utrum ideo uult ascendere vt sit cum sole et luna et stellis: Absit. Sed est in celo cetera hierusalim: ubi sunt ciues nostri angeli:

ab ipsis ciuibus nostris pegrinamur in terra. In pegrinatione suspiramus: in ciuitate gaudebimus. Inuenimus autem et socios in ista terra pegrinatione: que iam uiderunt ipsam ciuitatem: et inuitant nos vt curramus ad illam. Ad hos gaudet iste qui dicit.

**Expositio psalmi.**

**I**ocundatus sum in his que dixerunt mihi: in domum domini ibimus. Fratres ueniat in mentem caritatem vestre: si qua forte festiuitas martyrum et locus aliquis sanctus nominatus: quo certo die turbe conflunt ad celebrandam solennitatem: ille turbe quod se exultat: quod se hortant et dicit: eam eam. Et querunt: quo eam? Et dicit: ad illam locum: ad sanctum locum. Inuicem sibi loquuntur: et tamquam in censi singulatum faciunt unam flammam: et ipsa una flamma facta ex collocutione sese accendunt rapit illos ad locum sanctum: et cogitatio sancta sanctificat eos. Si ergo ad locum typalem sic rapit amor sanctus: qualis amor debet esse qui concordes rapit in celum: et dicentes sibi in domum domini ibimus. Argo curramus: curramus: quia in domum domini ibimus. Curramus: et non fatigemur: quia illuc perueniemus ubi non lassabimur. Curramus in domum domini: iocundetur anima nostra in his qui ea nobis dicunt. Qui enim ea nobis dicunt: portos uiderunt ipsam patriam de longinquo clamantes ad posteriores: In domum domini ibimus: ambulate: currite. Uiderunt illi apostoli: et dixerunt nobis: currite: ambulate: sequimini: in domum domini ibimus. Et quid dicit uniuersus noster: Iocundatus sum in his que dixerunt mihi: in domum domini ibimus. Iocundatus sum in prophetis: iocundatus sum in apostolis. Quos enim isti dixerunt nobis: in domum domini ibimus. **4 Stantes erant pedes nostri: in atrijs hierusalim.** Ecce habes domum domini: si querebas quid sit domus domini. In illa domo domini laudat: qui condidit domum: ipse et delitie omnium habitantium in domo: Ipse sola spes hic: et res ibi. Ergo qui currunt quod debet cogitare: Quasi ibi iam sunt et ibi stant. Magnus est enim ibi stare inter angelos: et non deficere. Qui enim inde lapsus est: in ueritate non stetit. Quicumque non sunt lapsi: in ueritate stant: Et ille stat: qui deo fruitur: qui autem se frui uoluerit: cadit. Quis autem se frui uult: Qui superbus est. Non ille qui se stare uolebat in atrijs hierusalim: In lumine tuo inquit uidebimus lumen: non in lumine meo: Et apud te inquit fons uite: non apud me. Et quod adiecit

Alia sfa.  
Meratus  
Tota sfa.

Alia sfa.  
tuus.

**N**ō veniat mihi pes supbie: et man<sup>o</sup> peccatorū nō moueat me. **I**bi ceciderūt oēs qui opant<sup>r</sup> iniquitatem: expulsī sunt: nec potuerūt stare. **S**i ḡ illi nō potuerunt stare: qz supbi fuerūt: humilif tu ascēde vt dicas: **S**tātes erant pedes nri in atrijs hierlm. **C**ogita q̄ lis ibi futur<sup>o</sup> sis. **E**t q̄uis adhuc i via sis: s̄ nbi pone an<sup>o</sup> oculos: q̄si ibi stes: q̄si iā inter angelos indeficiēs gaudeas. **E**t fiat in te qd̄ dictū est: **B**eati q̄ habitant in domo tua: in secula seculorū laudabūt te. **S**tantes erāt pedes nri: in atrijs hierlm. **C**uius hierlm: **S**olet enī dici et ista hierlm. **S**z ista hierlm ymbra est illi<sup>o</sup>. **E**t qd̄ magnū est stare in ista hierlm: qn̄ ipa hierlm stare nō potuit: q̄ in ruinā cōuersa ē. **H**oc ḡ p̄ magno spū sanctus ex inflāmato corde amātis h<sup>o</sup> cloquit<sup>r</sup>: qz dicit: **S**tātes erāt pedes nri: in atrijs hierlm. **N**ōne illa ē hierlm cui dixit dñs: **H**ierlm hierlm q̄ interficis pphetas: et lapidas missos ad te: **Q**uid magnum ḡ iste cōcupiscebat stare inter illos q̄ interficiebāt pphetas et lapidabāt missos ad se: **A**bsit vt de ista hierusalem sic cogitet q̄ sic amat: q̄ sic ardet: q̄ sic vult puenire ad illā hierlm mrem nram: de qua dicit ap̄ls: eterna in celis. **A**udi postremo: noli mihi credere: audi quid sequat<sup>r</sup>: et quā hierusalē designet mentibus nris. **C**ū enī dixisset: **S**tātes erant pedes nostri in atrijs hierusalem: quasi diceretur illi: de qua hierusalem dicis: de qua hierusalem loqueris: subiecit statim. **H**ierusalē que edificatur vt ciuitas. **F**rateres qn̄ dicebat ista **B**aud: pfecta erat illa ciuitas nō edificabat<sup>r</sup>: **N**escio quam ergo ciuitatē dicit que mō edificatur: ad quā currūt in fide lapides viui: de q̄bus dicit **P**etrus: **E**t vos tanq̄ lapides viui coedificamini in domū spiritale: id est templū sanctū dei. **Q**uid est lapides viui coedificamini: **C**uius si credis. **S**i at credis efficeris templū dei: qz dicit ap̄lus **P**aulus: **T**emplū enī dei sanctū est quod estis vos. **I**pa ḡ mō ciuitas edificat<sup>r</sup>: p̄cundunt de montibus lapides p̄ manus p̄dicantiū veritatē: cōq̄drant vt intrent i structuram sempiternā. **A**dhuc mlti lapides i manib<sup>o</sup> artificū sunt: nō cadūt de manibus artificis: vt possint pfecti coedificari i structuram tēpli. **E**st ḡ ista hierlm que edificatur vt ciuitas: **F**undamētū ipius christ<sup>o</sup> ē. **D**icit ap̄ls **P**aulus: **F**undamētū aliud nemo pōt ponere p̄ter id qd̄ positū est: qd̄ ē christus **J**esus. **F**undamētū qn̄ ponit i

tetra: desup edificant pietes: et pōdus parietum ad ima tendit: qz in uno positus est fundamentū. **S**i autē fundamentū nostruz in celo ē: ad celū edificemur. **C**orpa edificauerūt istam structuram quā videtis amplaz surrexisse hu<sup>o</sup> basilice: et qz corpa edificauerūt fundamentū: in imo posuerunt. **Q**uia vō spūalif edificamur: fundamētuz nrm in summo positū ē. **I**lluc ḡ curram<sup>o</sup>: ibi edificemur: qz de ipa hierlm dictū est: **S**tantes erant pedes nri: in atrijs hierlm. **S**z quā hierlm: **H**ierlm q̄ edificat vt ciuitas. **P**ax dixit vt ostenderet hierlm: qz dixit vt ciuitas edificat<sup>r</sup>: adhuc pōt illa corpora intelligi. **Q**uid si enī existat aliq̄s: et dicat: iam qd̄ cum ista dicerent tempibus **B**aud: et ista canerent erat ciuitas illa pfecta. **S**z videbat in spū ruiturā: et itez edificandā: **E**xpugnata ē enī illa ciuitas: et factus ē transit<sup>o</sup> in babiloniā ppli captiuati: et dicta ē ista in scripturis: trāsmigratio i babiloniā: **E**t p̄phetauit **H**ieremias post septuaginta annos captiuitatis edificari posse illā ciuitatē q̄ destructa erat a debellantibus. **F**orte aut aliq̄s. **H**oc videbat **B**aud in spū ruiturā ciuitatē hierlm a debellantibus: et iterū posse post septuaginta annos edificari. et iō dixit. **H**ierlm q̄ edificat vt ciuitas. **N**oli ḡ putare illā ciuitatē eē dictaz s̄ q̄ p̄stat ex sanctis: tāq̄ ex lapidib<sup>o</sup> viuis. **Q**uid sequit<sup>r</sup> vt tollat totam dubitationē: **A**ut enī. **S**tātes erāt pedes nri in atrijs hierusalem. **S**z quam dico hierlm: **N**on istaz inq̄t quā videtis stare corporeis parietib<sup>o</sup> erectā: non: s̄ hierlm q̄ edificat vt ciuitas. **Q**uare non ciuitas: s̄ vt ciuitas: nisi quia ista structura parietum q̄ erat in hierlm visibil<sup>r</sup> ciuitas erat: sicut p̄prie d̄ ab oibus ciuitas: **I**lla autē edificat tanq̄ ciuitas: qz et illi q̄ i eaz intrāt viui tāq̄ lapides sunt: nō enī vere lapides sunt. **S**icut illi vt lapides nō lapides: sic illa vt ciuitas: nō ciuitas: qz dixit edificat<sup>r</sup>. **N**omīe q̄ppe edificij structuram cōpagēz corpoz atq̄ parietū voluit intelligi. **N**az ciuitas p̄prie in hoibus habitantib<sup>o</sup> intelligit<sup>r</sup>. **S**z manifestauit nobis ciuitatē se vrbem dixisse: qz dixit edificat<sup>r</sup>: et qz edificij spūale similitudinem hz quādam ad edificij corpale: iō edificat vt ciuitas. **S**z dicat qd̄ sequit<sup>r</sup>: auferat omnem dubitationē: qz non carnalif debemus ac cingere: **H**ierlm que edificatur vt ciuitas. **C**uius participatio eius in idipsum. **J**am mō fratres quisq̄s erigit aciem

mentis: quod deponit caliginem carnis: quod mundat oculum cordis: eleuet et videat quod est idipsum. Idipsum quod dicam: nisi idipsum: Fratres si potestis intelligite idipsum. Nam et ego quicquid aliud dixerero: non dico idipsum. Conemur tamen quibusdam vicinibus verborum et significationum perducere infirmitatem mentis ad cogitandum idipsum. Quid est idipsum: Quod semper eodem modo est: quod non modo aliud: et modo aliud est. Quid est idipsum: nisi quod est: Quid est quod est: Quod eternum est. Nam quod sepe aliter atque aliter est: non est: quia non manet. Non omnino non est: si non summe est. Et quid est quod est: nisi ille qui quoniam mittebat Moyses: dixit illi: Ego sum qui sum. Quid est hoc: nisi ille cui cum diceret famulus eius: Ecce mittis me: Si dixerit mihi populus: quis te misit: quid dicam ei nomen: suum non luit aliud dicere: quam ego sum qui sum. Et adiecit et ait. Bices itaque filius israel: qui est misit me ad vos: Ecce idipsum: ego sum qui sum: qui est misit me ad vos. Non potes capere multum est intelligere multum est apprehendere: Retine quod pro te factus est: quem non possis capere. Retine carnem christi: in quam leueris egrotus: et a vulneribus latronum semivivus relictus: ut ad stabulum perducereris: et ibi sanareris. Ergo curramus ad domum domini: et veniamus ad civitatem: ubi stent pedes nostri: civitatem que edificat ut civitas: cuius participatio eius in idipsum. Quid enim debes tenere: Quod pro te factus est christus: quia ipse christus est: et ipse christus recte intelligitur: ego sum qui sum: quod est in forma dei ubi non rapinam arbitratus est esse equalis deo: ibi est idipsum. Ut autem tu efficiaris princeps in idipsum: factus est ipse pro te princeps tui: et verbum caro factum est: ut caro participet verbum. Quia vero quod verbum caro factum est: et habitavit in nobis: ex semine venit Abrahæ: promissum est autem Abrahæ et Isaac et Jacob quod ex semine eorum benedicerent omnes gentes: et inde videmus ecclesiam toto orbe diffusam. Loquitur ad infirmos deus firmitatem cordis quesivit cum diceret: ego sum qui sum: firmitatem cordis quesivit et aciem contemplationis erectam cum dixit: Qui est misit me ad vos. Sed nondum habes forte contemplationem: noli deficere: noli despicere: quod est voluit esse homo ut tu es: et ideo secutus ait moysi: quasi expavescenti nomen. Quod nomen: Quod est est. Et dixit (inquit) dominus ad Moysen: Ego sum deus Abrahæ et deus Isaac et deus Jacob: si mihi nomen est in eternum. Noli de te despe-

rare quia dixi: ego sum qui sum: et qui est misit me ad vos: quia tu modo fluctuas: et mutabilitate rerum et varietate mortalitatis humane percipere non potes quod est idipsum. Ego descendendo: quia tu venire non potes: Ego sum deus Abrahæ et deus Isaac et deus Jacob. In semine abrahæ spera aliquid: ut confirmari possis ad videndum quod venit ad te in semine abrahæ. Ergo hoc est idipsum de quo dictum est: Mutabunt ea et mutabuntur: tu autem idem ipse es: et animi tui non deficiet. Ecce idipsum cuius anni non deficiet. Fratres: nonne anni nostri quotidie deficiunt: nec stant omnino: Nam et qui venerunt iam non sunt: et qui futuri sunt: nondum sunt. Jam illi defecerunt: et illi defecturi venturi sunt. In hoc ergo ipso vno die fratres: ecce modo loquimur in momento est: preterite hore transierunt: future nondum venerunt: et cum venerint: et ipse transibunt et deficient. Qui sunt anni qui non deficiunt: nisi qui stant: Si ergo ibi anni stant: et ipsi anni qui stant vno annus est: et ipse vnus annus qui stat: vnus dies est: quia ipse vnus dies: nec ortum habet nec occasum: nec inchoat ab hesterno: nec excluditur a crastino: si stat sepe ille dies: Et quod vis vocas illum diem: si vis anni sunt: si vis dies est: quodcumque cogitaveris stat: tamen ipsius stabilitatis principat illa civitas: cuius participatio est in idipsum: Merito quia illius stabilitatis sit princeps: dicit ille qui illuc currit: Stantes erant pedes nostri in atrijs hierusalem. Omnia enim ibi stant: ubi nihil transiit. Vis et tu ibi stare et non transire: Aluc curre: idipsum nemo habet ex se. Intendite fratres. Corpus habet: non est idipsum: quia non in se stat. Mutat per etates: mutat per mutationes locorum ac temporum: mutat per morbos et defectus carnales: non ergo in se stat. Corpora celestia: non in se stant: habent quasdam mutationes suas: et si occultas: certe de locis in loca mutantur. Ascendunt ab oriente in occidentem: et rursus circum eunt ad orientem. Non ergo stant: non sunt idipsum. Anima humana nec ipsa stat. Quamvis enim mutationibus et cogitationibus variatur: quantis voluptatibus immutat: quibus cupiditatibus diuerberat atque discindit. Mens ipsa hominis que est rationalis mutabilis est: non est idipsum: Adodo vult: modo non vult: modo scit: modo non scit: modo meminit: modo obliuiscitur. Ergo idipsum nemo habet ex se. Qui voluit ex se habere idipsum: ut quasi ipse sibi esset idipsum: lapsus est. Cecidit angelus: et factus est diabolus: propterea homini superbiam: detulit: secum invidentiam eius qui stabat. Ipsi sibi vo-

ligerunt idipsum esse: sibi principari: sibi dominari voluerunt. Noluerunt habere verum dominum: qui vere est idipsum: Cui dicitur: **Mutabis ea et mutabuntur: tu autem idem ipse es.** Jam ergo post tantum languorem: post tantos morbos: difficultates: labores: redeat anima humiliata ad idipsum: et sit in illa ciuitate cuius participatio eius in idipsum. **Illuc enim ascenderunt tribus.** Querebam enim quod ascendat qui cecidit: quod diximus ascendere hominis vox est: ascendere ecclesie. Putamus ne quod ascendit: Quo it: Quo erigit: Illuc ascendit inquit tribus. Quo ascendit tribus: In ciuitatem: cuius participatio eius in idipsum. Ergo illuc ascendit in hierusalem. **Domine autem qui descendebat de hierusalem in hiericho: incidit in latrones.** Si non descenderet et non incideret in latrones. Quia vero descendendo incidit in latrones: ascendendo veniat ad angelos. Ascendat ergo: quod ascendit tribus. Sed quid sunt tribus: Multi nouerunt: multi non nouerunt. Sed et nos qui nouimus descendamus ad illos qui non nouerunt tribus: ut nobiscum ascendant: qui ascendunt tribus. Tribus alio nomine dici possunt curie: si non proprie. Itaque tribus vno nomine alio proprie dici non possunt: si vicino dicuntur curie. Nam proprie si dixerimur curias: non intelliguntur nisi curie que sunt in ciuitatibus singulis singule: unde curiales et decuriones: id est quod sunt in curia vel de curia: et nostis quia tales curias singulas habent singule ciuitates. Sunt autem vel erant aliquando in istis quoque ciuitatibus curie etiam populorum: et vna ciuitas multas curias habet: sicut roma triginta quibus curias habet populi. **De dicitur tribus: Has populus israel duodecim habebat secundum filios iacob: Duodecim tribus erant populi israel: sed erant ibi mali: erant ibi boni.** **Quem enim male tribus que crucifixerunt dominum: quibus bone tribus que cognouerunt dominum.** Ille ergo tribus que crucifixerunt dominum: tribus sunt diaboli. Cum ergo hoc diceret: Illuc enim ascenderunt tribus: ne omnes tribus intelligeres: addidit. **Tribus domini.** Quid est tribus domini? **Que cognouerunt dominum.** Ex ipsis enim duodecim tribubus mali: ibi erant boni. **De bonis tribubus que cognouerunt fabricationem ciuitatis: et ipsa erant grana inter illas tribus: que inter paleas commixta sunt.** Ascendunt autem non cum paleis: sed tribus purgate: electe quasi tribus domini.

**Illuc ascenderunt tribus tribus domini. Quid est tribus domini? Testimonium israel.** Hoc quid sit fratres audite. Testimonium israel: id est in quibus cognoscat: quia est vere israel. Quid est enim israel: Interpretatio nominis eius dicta est iam: et sepe dicitur. Forte enim et si reces dicta est: excidit: dicendo nos faciamus: ut non excidat etiam eis qui legere non nouerunt: aut noluerunt: nos simus codex ipsorum. Israel videns deus interpretat: imo diligentius discusso verbo sic interpretat: Israel est videns. Utrumque est videns deum: quia homo in se non est: mutatur enim et vitatur: si non participet eius qui est idipsum. Tunc est quando videt deum. Tunc enim est quando videt eum qui est: et videndo eum qui est: fit et ipse pro modo suo ut sit. Ergo ipse est israel: israel est videns deus. Superbus ergo non est israel: quia non est participatio eius in idipsum: quod ipse sibi vult esse idipsum. Quis sibi vult esse principium: non est israel. Omnis ergo fictus non est israel: quia omnis superbus necesse est ut fictus sit. Hoc dico fratres necesse est ut omnis superbus velit videri quod non est: aliter non potest. Et fratres mei vti nam sic vellet superbus videri quod non est: ut vellet videri: verbi causa: coraule cum coraule non esset: Cito enim probaretur si diceretur ei: canta: videamus vtrum coraule sis: cum non posset: inueniretur falso se videri voluisse quod non erat. Dixit se eloquentem: dicitur ei: loquere et proba. Si locutus non fuerit: inuenitur hoc non esse quod professus est. Superbus quod peius est: iustum se vult videri: cum non sit: et quia iusticiam intelligere difficile est: difficile est superbos agnoscere. Volunt ergo superbi videri quod non sunt: ideo non est participatio eorum in idipsum: non pertinet ad israel: qui est videns deus. Quis ergo pertinet ad israel: Qui est particeps in idipsum. Quis est qui participat in idipsum: Qui confitetur se non esse quod deus est: et ab illo habere quod bonum potest habere: a se autem non esse nisi peccatum: ab illo sibi esse iusticiam: Talis est in quo dolus non est. Et dominus videns Nathanaelem quid ait: Ecce vere israelita: in quo dolus non est. Si ergo verus israelita in quo dolus non est: tribus ille ascendit ad hierusalem: in quibus dolus non est: et ipse sunt testimonium israel: id est per illas agnoscitur quia erant grana inter illam paleam: quando

area cui videretur tota palea putabatur. Erant igitur ibi grana: sed cum ascenderunt in sublimitate illa splendoris: cum fuerit area ventilata: tunc erit testimonium israel. Tunc dicent omnes mali: vere quod erant ibi iusti inter malos: quoniam nobis omnes mali videbantur: et quales nos eramus: tales omnes putabamus. Testimonium israel. Quo ascendunt? Quare ascendunt? **Ad confitendum nomini tuo domine.** Magnificenti dici non potest. Sicut superbia presumit: sic humilitas confitetur. Quod est presumptor est qui vult videri quod non est: sic confessor est qui non vult videri quod ipse est: et amat quod est ille. Ad hoc ascendunt israelite: in quibus dolus non est: quia sunt vere israelite: quia in ipsis est testimonium israel. Ad hoc ascendunt ad profuturum nomini tuo domine. **Qui ibi sederunt sedes in iudicio.** Mirum enigma: mira questio si non intelligat. Sedes dicit quos greci thronos appellat. Thronos greci sellas dicunt tanquam honorabiles. Ergo fratres mei non est mirum: si sedeant homines in sedibus in sellis. Ut autem ipse sedes sedeant quod possumus intelligere: Tanquam si dicat aliquis: Sedeant hic cathedre: aut sedeant hic selle. In sella sedet: in sedibus sedet: in cathedris sedetur: non ipse sedes sedet. Quid est hoc? **Qui ibi sederunt sedes in iudicio:** Certe solentis audire deo dicente: **Celum mihi thronus est:** terra autem scabellum pedum meorum. Latine autem totum sic dicit: **Celum mihi sedes est.** Qui sunt isti: nisi iusti? **Qui sunt celi:** nisi iusti? **Qui celum ipsi celi:** quia que ecclesia ipse ecclesie: sic sunt multe ut una sit. Sic et iusti. Ita sunt iusti celum: ut celi sint. In ipsis autem sedet deus: et de ipsis iudicat deus. Et non sine causa dictum est: **Celi enarrant gloriam dei.** Apostoli enim facti sunt celi. Unde facti sunt celi: **Quia iustificati.** Quod peccator factus est terra: cui dictum est: **Terra es:** et in terram ibis: sic iustificati facti sunt celi. Portauerunt deum: et de ipsis deus coruscabat miracula: tonabat terrores: pluebat consolaciones. Erant igitur illi celi: et enarrabant gloriam dei. Nam ut noueritis ipsos dictos celum: ibi ait in ipso psalmo: **In omnem terram exiit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum.** **Quers quorum: et inuenies celorum.** Si igitur celum sedes dei: apostoli autem celus: et ipsi facti sunt sedes dei: ipsi sunt throni dei. **Dictum est alio loco: Anima iusti thronus sapientie.** **Magis res: magis res dicta est thronus sapientie anima iusti:** id est in anima iusti sedet sapientia tanquam in sella sua: tanquam in throno suo: et inde iudicat quicquid

Alia lra. idomiu

Alia lra. iquia

iudicat. Ergo erant throni sapientie: et ideo dixit illis dominus. **Sedebitis super duodecim thronos:** iudicantes duodecim tribus israel. Sic et ipsi sedebunt super duodecim sedes: et ipsi sunt sedes dei. **De illi quippe dictum est: Ibi enim sederunt sedes.** quoniam ibi sederunt sedes. **Qui sederunt: Sedes.** Et qui sunt sedes: **De quibus dictum est: Anima iusti sedes sapientie.** **Qui sunt sedes: Celi.** **Qui sunt celi: Celi.** **Quod est celus: De quo dicit dominus: Celus mihi sedes est.** **Et ipsi iusti sunt sedes: et habent sedes.** et in illa hierusalem sedebunt sedes. **Ad quam rem: In iudicio.** **Sedebitis inquit super duodecim sedes: Vos sedes: iudicantes duodecim tribus israel.** **Quos iudicantes: Infra qui sunt in terra.** **Qui iudicabunt: Qui facti sunt celus.** Illi autem qui iudicabuntur in duas partes diuidentur: una ad dexteram: altera ad sinistram erit. **Iudicabunt cum christo sancti.** **Veniet enim in iudicium cum senioribus populi:** ait **Esaias.** **Alii sunt igitur qui cum illo iudicabunt: alii qui ab illo iudicabunt: et ab illis qui cum eo iudicabunt diuidentur.** **Ergo isti in duas partes diuidentur: una ponet ad dexteram: cui enumerabunt elemosyne quas fecerunt.** **Alia ponet ad sinistram: cui enumerabitur crudelitas et sterilitas misericordie.** **Et illis ad dexteram constitutis dicitur: Venite benedicti patris mei: percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.** **Quare: Esuriui inquit et dedistis mihi manducare.** **Et illi: Quando te vidimus esurientem: Et ille. Quis vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis.** **Ergo quid est fratres: Illi iudicabunt de quibus dictum est: ut fiant amici de mamona iniquitatis: ut et ipsi inquit recipiant vos in eterna tabernacula.** **Sancti sedebunt cum domino attendere qui fecerunt misericordiam: et assumunt illos separatos in dexteram in regnum celorum: et ipsa est pax hierusalem.** **Que est pax hierusalem: Ut opa misericordie corporalia iungant operibus predicacionis spiritualibus: et fiat pax dando et accipiendo.** **Aut enim apostolus: qui rationem dati et accepti dicit esse istas elemosynas.** **Aut ergo: Si nos vobis spiritualia seminamus: magnus est si vestra carnalia metamus: Et de ipsa re ait alio loco: Qui multum non abundauit: et qui modicum: non defuit illi.** **Quare quod multum non abundauit: Quod plus habebat dedit indigentem.** **Et quod est quod modicum: non defuit illi: Quia accepit ab illo quod abundauit: ut fiat inquit equalitas.** **Ipsa est pax de qua dicitur: Fiat pax in virtute tua.**

Rāq̄ cū dixisset: qm̄ ibi sederūt sedes iudicio. **Sedes sup̄ domum David.**  
 Id est sup̄ familiam christi: cui dederūt in  
 tempe cibaria: statim tāq̄ ip̄s sedib⁹: ait.  
**Interrogate que ad pacem sunt**  
**hierusalem.** **Q̄ vos sedes:** qz tam sede-  
 tis vt iudicatis: z facti estis sedes domini  
 iudicantis: quoniā q̄ iudicant: interrogat:  
 qui iudicant̄ interrogant̄. **Interrogate in-**  
**quit que sunt ad pacem hierusalē.** **Inter-**  
**rogando qd̄ inueniēt:** Alios fecisse miseri-  
 cordiam: alios nō fecisse. **Quos inueniēt**  
**fecisse misericordiā:** ip̄os vocabit ad hie-  
 rusalem: qz ip̄a sunt ad pacem hierusalē.  
**Dilectio fortis res fratres:** dilectio fortis  
 res. **Tultis videre q̄ sit fortis dilectio?**  
**Quisq̄s p̄ aliquam necessitatem nō potue-**  
**rit implere qd̄ iubet deus:** amet illum q̄ im-  
 plet: z in illo implet. **Intendat caritas ve-**  
**stra:** verbi gr̄a: **Uxorē habz quaz dimitte-**  
**re non potest:** oportet vt obtempet aposto-  
 lo dicenti: **Uxori vir debitum reddat:** **Et**  
**alligatus es uxori:** ne quesieris solutionē.  
**Venit in mētem:** qz melior est vita illa: de  
 qua dicit idem ap̄lus. **Uellem omnes esse**  
**sicut meip̄m.** **Attendit eos qui hoc fecerūt:**  
 amat eos z in ip̄is implet qd̄ in se non pōt.  
**Fortis res est dilectio:** ip̄a sit v̄tus nostra:  
 qz si in illa nō fuerim⁹: nihil p̄dest q̄cquid  
 aliud habuerimus. **Si linguis hominū lo-**  
**qr̄ inqt̄ ap̄ls z angelozū:** caritatem aut̄ nō  
 habea: factus sum quasi eramentū sonās:  
 aut cymbalū tinniēs. **Adiungit aliud ma-**  
**gnum:** **Q̄ si distribuero omnē substantiaz**  
**meā:** z si tradidero corpus meū vt ardeā:  
 caritatem aut̄ nō habea: nihil mihi p̄dest.  
**Si at̄ sit sola caritas q̄ si luceat qd̄ distribu-**  
**at paup̄ibus:** diligat: solū calicē aq̄ frigide  
 det: tātū illi imputabit q̄tū **Zacheo:** q̄ di-  
 midiu p̄rimonij donauit paup̄ib⁹. **Quare**  
**h̄: Ille tā modicū dedit ille tā mitū dedit:**  
 z tm̄ illi imputabit: **Tantū plane.** **Impar**  
**enī facultas:** s̄ non impar caritas. **Ille er-**  
**go interrogant:** vos cogitate quid estis.  
**Jam ecce dictum est nobis:** in domuz dñi  
 ibimus. **Jocū dati sumus certe in his qui**  
**dixerunt nobis:** in domū dñi ibimus. **U-**  
**idete q̄ si imus.** **Non enī pedibus imus:** s̄  
 affectib⁹. **Uidet̄ si im⁹:** interroget se vnus  
 quisq̄ v̄m qualē erga pauperē sanctuz:  
 erga indigentē frat̄: qualis est erga indi-  
 gentē mendicū: videat si viscera eius non  
 sunt angusta: qz interrogare te habēt que  
 sedent in iudicio: z debēt inuenire que sūt

ad pacē hierusalem. **Et quō interrogant?**  
**Tanq̄ sedes dei.** **Be⁹ interrogat.** **Si deū**  
**laret aliqd̄:** z illas sedes aliqd̄ interrogan-  
 tes fugere potest. **Interrogate que sūt ad**  
**pacem hierusalē:** **Sed que sunt ad pacem**  
**hierusalē.** **Et abundantia:** inquit: **his**  
**qui diligunt te.** **Ad ip̄am hierusalē cō-**  
**uertit vocem:** abundantia est illis q̄ diligūt  
 eaz: **Abundātia ex inopia:** **Hic inopes:** ibi  
 abundātes: **Hic infirmi:** ibi firmi: **Hic ege-**  
**ni:** ibi diuites. **Uñ facti diuites?** **Quia de-**  
**derūt hic quod acceperūt a deo ad tpus:**  
 z acceperūt ibi qd̄ postea deus retribuet ī  
 eternū. **Hic fratres mei z diuites paupes**  
**sunt.** **Bonū est diuiti:** vt agnoscat se pau-  
 perem. **Si enī plenum se putat:** tumor ē il-  
 li: nō plenitudo. **Agnoscat se inanem:** vt  
 possit impleri. **Quid habet:** **Aurū.** **Quid**  
**nōdum habet:** **Citā eternā.** **Attendat qd̄**  
**habeat:** z videat quid nōdū habeat. **Fres**  
**ex eo qd̄ habet:** det: vt accipiat qd̄ non ha-  
 bet: **Emat ex eo quod habet illd̄ qd̄ nō ha-**  
**bet.** **Et abundantia his qui diligunt illam.**  
**Et fiat pax in virtute tua.** **O hie-**  
**rusalem:** o ciuitas que edificaris vt ciuitas:  
 cui⁹ participatio tua in idip̄m: fiat pax in  
 v̄tute tua: fiat pax in dilectione tua: qz v̄-  
 tus tua: dilectio tua. **Audi cāntica cantico-**  
**rum:** **Valida est sicut mors dilectio.** **Ma-**  
**gnū v̄bum fratres:** valida est sicut mors  
 dilectio. **Magnificenti⁹ exp̄mi nō potuit**  
**fortitudo caritatis:** q̄ vt diceret: valida ē  
 sicut mors dilectio. **Quis enī resistit mor-**  
**ti ratres?** **Intendat caritas v̄ra.** **Resistit**  
**ignib⁹:** v̄ndis: ferro: resistit pt̄tib⁹: resisti-  
 tur regibus: venit vna mors: quis ei resi-  
 stit: **Nihil est illa fortius.** **Propterea viri-**  
**bus eius caritas compata est:** z dictuz est:  
 valida est sicut mors dilectio. **Et qz ip̄a ca-**  
**ritas occidit qd̄ fuimus:** vt simus quod nō  
 eramus: facit in nobis quandā mortē dile-  
 ctio: **Ip̄a morte mortu⁹ erat qui dicebat:**  
**Q̄dudus mihi crucifixus ē: z ego mundo.**  
**Ip̄a morte morturi erant quib⁹ dicebat:**  
**Q̄dortui enim estis:** z vita vestra abscondi-  
 ta est cum christo in deo. **Valida est sicut**  
**mors dilectio.** **Si q̄ valida est:** fortis est et  
 magne virtutis: z ip̄a est virtus: z p̄ ipsam  
 regunt infirmi a firmis: terra a celo: popu-  
 li a sedibus. **Et fiat pax in virtute tua:** fiat  
 in dilectione tua. **Et p̄ istam virtutem:** per  
 istā dilectionē: p̄ istā pacē. **Fiat abundan-**  
**tia in turribus tuis.** **Id est in excelsis**  
**tuis.** **Pauci enim sedebunt in iudicio:** sed

illa lra  
 tolligentibus.

multi ad dexteram positi faciunt populum civitatis illius. Multi enim pertinebant ad singulos quosque excelsos: a quibus recipiantur in tabernacula eterna: et erit abundantia in turribus eius. Plenitudo autem deliciarum et sufficientia divitiarum ipse deus: ipse idipsum: ipse cuius participatio est civitatis in idipsum: ipsa erit abundantia nostra. Sed vñ: Per caritatem: est per virtutem. In quo autem est caritas fratres: Qui non sua querit in hac vita. Audi apostolum Paulum habentem caritatem: ait: Placere omnibus per omnia: sicut et ego omnibus per omnia placeo. Ubi ergo quod dixisti: Si adhuc hominibus placerem: christi servus non essem: et modo dicis te placere: et modo cohortaris ut et illi placeat. Sed non ibi posuisti finem: ut quod propter se: non propter caritatem placeat. Qui gloriam suam querit: non querit salutem aliorum. Ait enim: Sicut et ego omnibus per omnia placeo: non querens quod mihi prodest: sed quod multis: ut salvi fiant. Ideo et hic cum de caritate diceret. **Propter fratres inquit: et propinquos meos: loquebar autem pacem de te.** Hierusalem civitas cuius participatio in idipsum: ego in hac vita et in hac terra: ego pauper: peregrinus et gemens: nondum proficiens pace tua: et predicans pacem tuam: non propter me illam predicam: sicut heretici: qui querentes gloriam suam dicunt: Pax vobiscum: et pacem non habent quam populo predicant. Si enim haberent pacem: non conscenderent unitatem. Ego inquit loquebar pacem de te. Sed quare: Propter fratres meos et propinquos meos: non propter honorem meum: non propter pecuniam meam: non propter vitam meam: nam mihi vivere christus est: et mori lucrum: sed loquebar pacem de te: propter fratres meos et propinquos meos. Nam cupiebat ipse dissolvi: et esse cum christo. Et quod ista predicaret propinquis et fratribus: Manere inquit in carne necessarium propter vos. Propter fratres meos et propinquos meos: loquebar autem pacem de te. **Propter domum domini dei mei: quesivi bona tibi.** Non propter me quesivi bona tibi: nam non tibi querere sed mihi: id est nec ego haberem: quia non tibi querere: Sed propter domum domini dei mei: propter ecclesiam: propter sanctos: propter peregrinos: propter inopes eius ut ascendant: quia dicimus eis: in domum domini ibimus: propter ipsam domum domini dei mei quesivi bona tibi. Hec fratres plura et necessaria caritate: manducate: bibite: convalescite: currite: apprehendite.

Alla lra. in eos et proximos non habet

Alla lra. in nostri

Explicit Tractatus de ps. CXXI.

Incipit Tractatus de ps. CXXII. Prefatio

**A**scendentis cantica ex ordine cum sanctitate vestra consideranda suscipi. Ascendentis et amantis: et ideo ascendit: quia amantis. Omnis amor aut ascendit: aut descendit. Desiderio enim bono levamur ad deum: et desiderio malo ad ima precipitamus. Sed quia iam malo desiderio lapsi cecidimus: super est nobis si agnoscamus quod ad nos non ceciderit sed descendit: berendo illi ascendere: quia viribus nostris non possumus. Ipse dixit dominus Iesus christus. Nemo ascendit in celum: nisi qui de celo descendit: filius hominis qui est in celo. Tamen de se solo videtur dixisse. Ergo ceteri remanserunt: quia solus ascendit qui solus descendit. Quid debent ceteri facere? Uniri corpori ipsius: ut sit unus christus qui descendit et ascendit. Descendit caput: ascendit cum corpore vestitus ecclesia sua: quam sibi exhibuit sine macula et ruga. Solus ergo ascendit: sed et nos qui cum illo sic sumus: ut in illo membra eius sumus: et nobiscum solus est: et ideo unus et semper unus. Unitas nos compaginat uniti: et illi soli cum illo non ascendunt: qui cum illo unus esse noluerunt. Jam vero quoniam ipse qui in celo positus est: et carne suscitatus immortalis: per quam fuit ad tempus mortalis: et nihil in celo persecutionum patiens: nihil malitiae et opprobriorum: sicut in hac terra quando pro nobis omnia sustinere dignatus est: compassus tamen corpori suo in terra laboranti dixit: Saule saule quid me persequeris? Nam ipsum non timebat: et se pati persecutiones de celo clamabat. Non preter spem esse debemus: imo cum magna fiducia presumere: Quia si per caritatem ipse nobiscum in terra est: per eandem caritatem et nos cum illo in celo sumus. Sed diximus quemadmodum nobiscum ipse in terra sit: vocem eius diximus de celo sonantis: Saule saule quid me persequeris: cum eum Saul omnino non timebat: sed nec videret. Quomodo autem ostenditur: quia et nos cum illo in celo sumus? Eodem ipso Paulo apostolo dicente: Si consurrexistis cum christo: que sursum sunt querite: ubi christus est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite: non que sunt super terram: Mortui enim estis: et vita vestra abscondita est cum christo in deo.